



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XI. Markgraf Albrecht von Brandenburg überläßt dem Kloster Hillersleben
eine seiner Gemahlin Mathilde angehörige Besitzung zu Hillersleben für
eine Besitzung des Klosters in Elbey, im Jahre 1217.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

vinculis tamen et captivali custodia manebunt. Nomina sacramentalium Henricus Comes de Zwerin, Jachezo, Fridericus de Hassle, Theodoricus et Henricus fratres de Osterburch, Burchardus de Cocstede, Albertus de Niendorp, Gerardus de Beliz, Yo de Gifenflage, Albertus de Buntveld, Rudingerus de Piulingen, Fridericus de Buoh, Arnoldus Sac, Conradus et Henricus de Saltwedele. Ut autem hec forma rata teneatur et inconuulsa, placuit utrique imperatori scilicet et marchioni presentem paginam, que pacti certum manet indicium, inde conscribi et appensione Sigilli communiri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXII. Indict. XV. apud Wicense in castris, his testibus presentibus Adolpho et Ludolpho Comitibus de Daffela, Bernhardo de Dorstat, Hermanno et Henrico Comitibus de Hartelburc.

Das Original im K. Ges. Staats-Archiv zu Hannover. Abdrücke in den Orig. Guelf. III, 812. (Vergl. Maderi Antiqu. Brunfv. p. 129). Buchholz Geschichte der Churmark Brandenburg Theil IV. Urk. Anh. Nr. 37, S. 47 und Berg Monum. hist. Germ. IV. Legum II, 220. 221.

XI. Markgraf Albrecht von Brandenburg überläßt dem Kloster Hillersleben eine seiner Gemahlin Mathilde angehörige Besitzung zu Hillersleben für eine Besitzung des Klosters in Elbey, im Jahre 1217.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Albertus secundus dei gracia marchio Brandeburgensis Omnibus in perpetuum. Per testes rei noticia propagatur in posteris, cui venit robur et auctoritas a testimonio litterarum. Sciant itaque tam futuri quam presentis temporis fideles, quod nos commutationem quorundam bonorum fecimus cum ecclesia de hildesleuen, XII. mansos proprietatis nostre in terminis eiusdem uille iacentes cum omni utilitate, que nunc inest vel inesse poterit, pratis, pascuis et virgultis et aliis appendiciis, ecclesie beati laurencii in hildesleue contulimus, vxoris nostre mechtildis, que eandem prius receperat proprietatem, et aliorum heredum nostrorum ad hoc accedente consensu. In quorum restaurum VIII. mansos in villa elebu et XVI. solidos de areis provenientes, prius ipsi ecclesie attinentes, per consensum capituli in vsus nostros recepimus et possessionem, eandem ecclesie in receptis mansis, quam antea habuit in possessis, indulgentes libertatem. Vt autem hec commutacio rata teneatur et inconuulsa, presentem paginam, que huius rei certum maneat indicium, inde conscribi iussimus et sigillo nostro communiri, Testes, qui presentes aderant, apponentes, Quorum nomina hec sunt. Wernerus de amuorde, Fridericus de assele, Arnoldus de meyndorp, Arnoldus de roffowe, Sifridus de pefekendorp, Johannes de gerseleue, Richardus de cocstede, Albertus advocatus de spandowe, Herwichus advocatus de wolmerstede, Bernhardus de hildesleue, Johannes de jericho, Gheuehardus de alvenfleue et alii quam plures. Ego Johannes notarius marchionis subscribo. Acta sunt hec in billingeshoge, anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XVII. Indict. V^a.

Nach dem Hillersleben'schen Copialbuche der Königl. Bibliothek zu Berlin Bl. 17.